

„Ihr würdet wieder Calvinisch“
Tischgespräch Landgraf Hermann - Mauritius Gudenus
(Treffurt 1646)

Mitgeteilt von Philipp Gudenus

Landgraf Hermann († 1658) war der älteste überlebende Sohn aus Moritz' des Gelehrten († 1632)¹ zweiter Ehe. Damit wurde Hermann Haupt der apanagierte Rotenburger Nebenlinie - der sog. Rotenburger Quart -, ein ebenfalls gelehrter Mann, der u.a. vor der höheren Mathematik, der Astronomie keineswegs zurückscheute, ja sogar Schriften veröffentlichte, ein durchaus interessanter Fürst also. Trotzdem ignoriert man ihn². Seinen jüngeren Bruder und Nachfolger, den ebenfalls gelehrten Landgrafen Ernst († 1693), den eigentlichen Begründer der Rotenburger Quart, die erst im vorigen Jahrhundert aussterben sollte, übergeht man wohl nur deswegen nicht, weil er ein Leibniz-Korrespondent war. Immerhin ist Leibniz der erste moderne Wissenschaftler, auf den man im In- und Ausland noch heute verweisen kann. Landgraf Ernst trug im übrigen Mauritius Gudenus zu Grabe.

Ein außergewöhnlicher Bürgersmann im Beamtenstande kann Mauritius Gudenus († 1680) nicht gewesen sein! Schließlich wurde er ausdrücklich von einem so gelehrteten Fürsten, wie Hermann, zu einem intellektuellen Tischgespräch in Treffurt geladen. Gudenus war hier kurmainzischer Präfekt des Mainzer Anteils an der Ganerbenschaft Treffurt³. Moritz' Taufkind Gudenus war vom Kasseler Fürstenhaus zum Pfarrer ausgebildet worden, konvertierte aber später bei den Jesuiten, ohne daß die fürstliche Familie Gudenus ihre Freundschaft entzog.

Vor der Wiedergabe des Textes des Gesprächs im Original zunächst eine kurze Inhaltsangabe des von Gudenus auf Latein niedergeschriebenen Tischgesprächs. Ob dieses auf Latein geführt wurde?

Tischgespräch zwischen Hermann, Landgraf in Hessen zu Rotenburg, und Mauritius Gudenus, Präfekt des kurmainzischen Anteils an der Ganerbenschaft Stadt Treffurt. Gehalten anlässlich einer Übernächtigung (auf einer Reise zum Gebrauche der Kur im Halberstädtischen) mit Gemahlin und Hof in Treffurt am 4. September (25. August) 1646. Hierbei lud der Landgraf Gudenus zu Tisch. Als Tischgespräch erwählte der Landgraf religiöse Fragen, die die katholische Kirche bekämpften. Hermann empfahl Crocius⁴ Schrift „Anti-Becanus“⁵, dies in der Meinung, daß Gudenus nach dem Durchblättern dieses Traktats «wieder Calvinisch würde». Gudenus dagegen verteidigte die katholische Kirche. Er hielt fest, daß er nur vom „Anti-Becanus“ gehört habe. Allerdings kannte Gudenus andere Schriften wider die päpstlichen Dogmen von Crocius. Durch das Lesen dieser Schriften wurde Gudenus jedoch nur im katholischen Glauben unterstützt. Crocius zitierte Thomas de Aquino und Bonifatius falsch. Gudenus erinnerte daran, daß Elisabeth, die heilige Landgräfin, dem katholischen Glauben ergeben war. Melchior Nöring hatte dem Landgrafen in Eisenach viele Thesen gegen die katholischen Dogmen vorgelegt, die Gudenus aber widerlegte. Von Gudenus niedergeschrieben am 1. Oktober (21. September) 1646.

*Discursus Sive Colloquium Illustrissimi quondam Principis,
D[omi]ni Hermanni, Landgravii Hasso-Rotenbergensis etc.
cum
D[omi]no Mauricio Gudeno, Praefecto Electorali Moguntino
oppidi
Ganerbensis Trefurtensis
d[ie]. 25 Aug[usti]. | 4. Sep[tembris]. a[nno]. 1646
inter coenandum Super controversis nonnullis Religionis capi-
tibus
habitum.*

Cum Illustrissimus Princeps ac Dominus. Dominus Hermannus, Hassiae Landgravius, etc. Dominus meus Clementissimus, nuper ad medicatas Episcopatus Halberstadiensis scatebras iter instituisse, et Sua Celsitudo cum Illustrissimâ Conjuge et aulico Satellitio 25. Augusti | 4. Septembri[is]. a. 1646 hîc Trefurti pernoctaret, me accersitum alloquio et mensae accubitu clementissimè dignata est.

Allubuit tunc Illustrissimae Suae Celsitudini, utpote tam in Sacrae quam omnis humanioris literaturae Encyclopædiâ versatae et excultissimae varias, in primis de Religione, controversas quæstiones in medium proponere; et quod hac occasione nostræ fidei Catholicae dogmata subinde impugnarentur objectionibus; ego memor moniti Apostolici, quo jubemur esse parati ad satisfactionem poscenti rationem de fide, objecta dilui, rogatus supplex veniam, et aliquoties protestatus de humillima mea erga Illustrissimam Suam Celsitudinem submissione et debita observantiâ.

Verum illa singulatim persequi, nil attinet. Saltem unum est, cuius accuratam repetitionem etiam post redditum, à fontibus medicatis Illustrissima Sua Celsitudo à meo Domino Collega Præfecto Hassiaco, exegerat, ideo hujus rogatu pro memoria huc annoto.

D. Crocii Anti Becanum, respondi quod res erat, me nec vidisse nec evolvisse unquam: quamvis tale quid editum à Crocio famâ accepisset. Tunc Illustrissimus Princeps: Hunc librum, Gudene, si perlustrares, dubio procul fieres iterum Calvinista. His enim verbis Sua Celsitudo utebatur: Ihr würdet wieder Calvinisch. Ego vero mihi longè aliam mentem esse contestatus sum, hoc adjecto, me antehac alias à D. Crocio contra Catholica, sive ut ipse loquitur, Pontificia dogmata evulgatas scriptiones studiosè lectitasse, sed hoc sanctè me affirmare posse, illarum lectione non tam in amplexandâ Religione Catholicâ me deterritum, quam in illius veritate confirmatum esse.

Quid ita? Exclamavit Illustrissimus Princeps.

Ideo, dixi, quia deprehendi in ejusmodi libellis manifesta mendacia. Quod meum effatum cum Illustrissima Sua Celsitudo D. Crocio renuntiatum iri innueret, quamprimum illum conveniret; obtuli me ad exhibendas in continentí Disputationes Crocii de Purgatorio, quarum unâ (nempe q[uar]tâ) thesi 4) affingatur Catholicis, nominetenus S. Thome, et S. Bonaventurae, quasi negare ausi, Christum satisfecisse pro actualibus peccatis. Verba Crocii hæc sunt:

Christum satisfecisse pro culpa originali Papistae omnes nobiscum contra Photinianos demonstrant: Pro actualibus peccatis satisfecisse quidam negare ausi, docebant enim homini pro his satisfaciendum esse, Thomas opusc[ulo]. 58. de sacramento altaris c. c. Bonaventura. 3. 5. d. 20. q. 3. sed falsi sunt. Hæc Crocius.

Hic Crocium in falsitate deprehendi, coram Illustrissimo Principe me capitum mei periculo liquidò demonstratum asseveravi. Et quidem pro hâc vice allegavi

*S. Thomae Rythmum inter Catholicos etiam pueris notum, cuius initium : Adoro te
Sancta Trinitas, in quo S. Thomas et etiam nunc Catholici ità oramus :*

*Ô Pie Pellicane Jesu Domine
Me immundum munda tuo sanquine,
Cujus una stilla salvum facere
Totum mundum quit ab omni scelere.
Quae Germanicè redditia ità sonant :*

*Ô du getreuer Pellican,
Ô mein Herr Jesu guth
Nimb mich unreinen Sünder an,
Wasch mich mit deinem Bluth
Welchs ist von solchen Kräfften,
daß nur ein Tröpflein klein,
die gantze Welt von Sünden,
Allein kan machen rein.*

Annon hic exerte S. Thomas se immundum Christi sanquine mundari rogat, illumque tantae virtutis esse profitetur, ut unica guttula sufficiens foret pro eluendo omni scelere. Quam falsò igitur et vertiginosè Aquinati affingitur? Quasi negare ausus, Christum satisfecisse pro actualibus. Et quam vanè Crocius contra hanc larvam à se confictam argumenta conquirit. Loca à Crocio notata quasi Thomas et Bonaventura ita doceant, nempe ille in opusc. de Sacrament. Altaris c. I. Hic Bonaventura 3. 5. d. 20. q. 3. nihil tale habent. Ego ante multos annos allegatum ex Bonaventura studiosè legi et revolvi, quin et alteri cuidam prædicanti tunc in Hassia legendum exhibui, sed pro palliando Crocii commento à nobis inventum.

S. Thomas docet, corpus Domini semel oblatum in cruce pro debito originali, jugiter offerri in altari pro debitibus quotidianis. Ex quibus verbis, nisi quis calumnias struere velit, nemo convincet, S. Thomam asseruisse, Christum pro solo peccato originali satisfecisse: Vel Christum pro actualibus non satisfecisse. Quin potius contrarium ex Thome verbis eruitur. Nam disserit loco citato, quibus remediis à peccatis originalibus et actualibus expiemur. Nempe ab originali per Christi oblationem in cruce factam, quae applicatur in baptismo, et postquam hæc originaria labes semel abstensa et dimissa est, tunc non opus ad illam denuò eluendam aliis Sacramentis, vel etiam sacrificio altaris, quia non recurrit, sive non repetitur. At non minus Christi oblatio in cruce semel facta valet contra peccata actualia; ita tamen ut quando hæc post baptismum iterantur, pro his expiandis Christi satisfactio et merita non per baptismi lavacrum, sed per alia divinitus instituta media nobis applicentur. Inter quæ laudat S. Thomas loco citato jugem ac mundam oblationem altaris, quâ placatur Deus et impetratur, ut à peccatis convertamur et justificemur. Hæc mens S. Thomae eumque cum omnibus Catholicis credidisse et docuisse Christum satisfecisse pro omni nostrâ culpâ originali et actuali, res est tam evidens et clara, ut obstupescant Catholici ad eorum insaniam, qui negant.

Pro innumeris, quæ ex Thoma adduci possent, subjicio unum ex 3. part. quæst. 49. art. 5. ubi ità concludit: Cum per Christi passionem liberati fuerimus, non moà à peccato originali communi humanae naturae, quoad culpam et poenam, sed etiam à peccatis propriis singulorum, per eam nobis aperta est janua regni coelo-

rum. Ecce! Quam̄ disertis verbis S. Thomas exprimit; nos non modò à peccato originali, sed etiam à peccatis propriis singulorum, quæ sunt actualia, Christi passione liberatos.

Nihilominus aliud Thomae falsò tribuitur. Et ad hoc specimen digitum intendi, coram Illustrissimo Principe ostensurus, id genus complura in Crocii scriptionibus et concionibus olim animadversa commenta, mihi vacillandi potius, quam̄ perseverandi in Calvinismo, ansam praebuisse. Quid enim opus mendaciis in bonâ causâ? Veritas profectò falsitatis tutelâ non indiget.

Porro ut apud Illustrissimam Suam Celsitudinem evincerem, nec Crocii, nec alterius, quamvis doctissimi arte, doctrinâ facundiâ mihi vel minimum scrupulum de religionis Catholicae veritate moveri et injici posse; provocavi ad Curiae et Civitatis supernae incolas, atque beatorum in coelo triumphantium exemplum.

Nominetenus appellavi laudatissimam Hassiae Principem S. Elisabetham, ex cuius sanguine Sua Celsitudo traxisset originem. Unde sic ratiocinatus:

Sancta Elisabetha nostrae Catholicae (quam nunc Papisticam criminantur) fidei addicta fuit, cum in terra esset, quod qui negat, soli tenebras offundere satagit. In illâ fide ad extremum vitae halitum perstittit; alioquin à Pontifice Romano, Gregorio IX. ejusque subjectis Episcopis ac coetu Catholico etiam post mortem non tantopere, honorata et deprædicata fuisset.

At beatorum sedibus immissam, nescio quis in Hassia tam impudens, qui inficias ire ausit?

Sanè Hassiae præcones, eosque principilares in S. Elisabethae elogiis, etiam typis excusis ità ad suos publice concionatos memini. Quod verò de S. Elisabetha, idem dictum putetur de aliis SS. Martyrum et Confessorum myriadibus, quotquot ante Lutherum et Calvinum retroactis quindecim seculis coelestis coronae reprobationem, indepti sunt. Hi quâ fidem et religionem Catholici erant in terrâ, et nunc beati sunt in Coelis. Justissimus ergo Deus, qui illos ob fidem Papisticam, uti Novatores nunc nominant, coëlorum sedibus non exclusit, me eandem cum illis fidem professum, sat scio ob ejusdem fidei Professionem illorum consortio non exterminabit. Hæc ma ratiocinatio, fateor, est expers subtilitatis, sed tamen submixa inexpugnabili veritate.

Ex Gentilium conversione simul ostendi, quantâ religionis nostrae certitudine perfruerer et gauderem, siquidem me profiteri nossem illam fidem, ad quam gentes conversae, et in quâ illud Psalmi impletum: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Nulla unquam gens Christianam complexa est fidem, nisi eorum operâ, qui cum Ecclesiâ Romanâ communionem habuerunt, vel à Pontificibus Romanis missi; sicut à Gregorio II. S. Bonifacius, qui convertit Gentiles in his terris. Et sic de aliis, ut patet ex Annalibus Ecclesiasticis. Nulli Gentiles ad Lutheranismum vel Calvinismum conversi; unde ergo sibi vendicant possessionem hæreditatis Dominicæ?

Nunc satis pro instituto. Quamvis enim tum Illustrissima Sua Celsitudo, tum quis his intererat, Clarissimus Dominus Melchior Nöring, Illustrissimis Principibus viduis Isenaci à Consiliis et secretis, exercitii causâ, uti reor, contra Ecclesiae Catholicae dogmata de Purgatorio, de Missa, de Scripturâ, et aliis compluscula in medium afferrent, tamen hanc telam retexere minimè opus est. Ex authoribus polemicis petita, Catholicorum responsis ac solutionibus à me elisa.

Obtuli tamen me Reformatis purgatorium, ac missae sacrificium refellentibus astipulaturum, si nominaretur Pontifex primus horum auctor. Et hâc conditione aliquoties spopondi me dogmata Catholica improbaturum, nempe ut insinuarem illud, è quo prædicantium fraud vel maximè elucescit, dum persuadent hominibus,

Papam Romanum varios ac multos errores in Ecclesiam invexisse, zizanium in agro Dominico contra fidem Apostolicam superseminasse.

Cum verò exactissima habeatur omnium singulis seculis rerum gestarum descriptio in historiarum monumentis, hinc urgent Catholici, ubi? quando? quo seculo? quo anno? quo? quibusve Pontificibus tanta acciderit mutatio? Vel si diversis vicibus singula irrepserunt, quis ille Papa, qui Missam primus promulgavit, novam oblationem Orbi Christiano obtrusit? et sic de aliis.

Hic obmutescunt omnes Prædicantes, aut respondendo incident in retia veritatis.

Verba quæ illâ opportunitate ex cuiusdam Authoris Catholici rationibus mutila in Illustrissimi Principis consessu à me adducta, hîc intègra ad scribam:

„Quando fidem tantopere celebratam Roma perdidit? Quando esse desiit, quod ante fuit? Quo tempore? Quo Pontifice? Quâ viâ? Quâ vi? Quibus incrementis urbem et orbem religio pervasit aliena? Quas voces, quas turbas, quæ lamenta ea res progenuit? Omnesne reliquo orbe sopiti sunt, Dum Roma, Roma inquam, nova Sacra menta, novum Sacrificium, nova religionis dogmata procuderet? Nullus exstitit Historicus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neque citimus, qui rem tantam vel obscurè jaceret in commentarios?“

Horum consideratione me in fide Catholicâ ita firmatum dixi, ut pro indubitate, immotâ et inconcussâ haberem. Adeoque supplex Illustrissimam Suam Celsitudinem rogavi, ne culpae mihi verteret, illam me suscepisse fidem, atque eandem me constanter profiteri religionem, in quâ olim Illustrissimae Suae Celsitudinis abavi et atavi laudatissimi Principes, eorumque Consiliarii, Subditi, Ecclesiastici, Politici, summi, medii, infimi, et quotquot luce divinitus immissâ ex gentiliis tenebris eruti Christianae militiae ascripti, octo integris seculis ante Lutherum in Hassiâ, dilectissima Patriâ nostrâ floruisserent. Neque fidem haberet Illustrissima Sua Celsitudo, mihi falsò improperantibus, quasi lucri dignitatisve spe, aut temeritate aliâve ratione ad Catholicos me receperisset. Unicè à me intentam animae salutem, Supremi Judicis, omnes animorum recessus et latebras de coelo conuentis, scientiam advoco testem.

Ad quae Illustrissima Sua Celsitudo: Nos nunquam itâ judicavimus, ex temeritate te Religionem mutasse. Alia nobis fuit sententia. De quo Illustrissimae Suae Celsitudinis pronunciato mihi tacitè gratulatus et totâ mente gavisus. Utque tunc in felicissimi itineris voto ad fontes Medicatos: itâ in hoc etiamnum sisto: Illustrissimam Suam Celsitudinem sospitet servetque diu in terrâ, ac beat æternum in coelis Deus T. Optimus Maximus.

Annotabam Calendis Octobris st. n. 1646

Maurit[ius]. Gudenus

Anmerkungen:

- 1 Taufpate von Mauritius Gudenus.
- 2 Fern der hessischen Heimat meiner Vorfahren wurde ich nur in der mehr als hundertjährigen Allgemeinen Deutschen Biographie fündig.
- 3 Über Mauritius Gudenus, Taufkind des gelehrten Moritz, Stipendiat desselben, reformierter Pfarrer zu Abterode, nicht ungern gesehener Gast der landesfürstlichen Familie, der bei den Jesuiten konvertierte und in Treffurt seine Bleibe fand, s. ZHG 94 (211–218), auch: Mitteldeutsche Familienkunde 1990, S. 433–444.

Aus dem Artikel in der ZHG gewinnt man hinsichtlich Mauritius Gudenus biographisch-genealogisch: Bei seinem Rücktritt von seinem Posten als Pfarrer in Abterode im Amte Eschwege (mit seiner Konvertierung verbunden) war sein Jahresgehalt noch nicht bezahlt. Haustrat und Vieh (Pfarrhof) sowie Zinsen von Pfarrhofbauern wurden vom Amtmann zu

Eschwege beschlagnahmt. Auch Ansprüche an die Schenkenstiftung zu Eschwege bestanden noch. Im November 1629 hatte Landgraf Hermann seiner schon damals offenen Forderungen wegen einer Resolution verfaßt. Wäre Gudenus ein Mann von Welt gewesen, hätte dies alles in einem diskreten Postskriptum seinen Platz gefunden. Gudenus schrieb am 30. April 1631 einen eigenhändigen Brief aus Duderstadt und zwar an Landgraf Moritz' entfremdete zweite Gemahlin, die die Rotenburger Quart verwaltete. Gudenus erinnerte daran, daß er vor anderthalb Jahren vor der Konvertierung eingeladen worden war, in der fürstlichen Hofkapelle zu Röthenburg Predigten zu halten, ob mit Recht die katholische Lehre die ewige Seligkeit auf die Verdienste Jesu gründe. Dies legt Gudenus nun schriftlich dar. Die eingangs angeführten Beschwerden nehmen dabei nunmehr den Charakter eines kurzen Postskriptums an. Inzwischen war Gudenus Rektor an der Schule in Duderstadt geworden.

Korrekturen zur ZHG 94: *Eß ist aber dieses... brun(nen)-* (S. 213, 2. Absatz, 1. Zeile); *versunung* (213, 4. Abs., Z. 2); *widrigs* (214, 6. neuer Abs., Z. 4); *Ungern* (215, Z. 1); *muß des teuffels sein²⁶* (215, 4. neuer Abs.); *Abterode* (217, Anm. 4).

- 4 Johannes Crocius (1590–1659), aus reformierter Theologenfamilie; in Marburg Universitätsprofessor, Pfarrer, Hofprediger. Überaus fruchtbare theologische Schriftsteller. Seine Kontroversschriften wenden sich gegen die katholische Kirche, gegen Sekten; leistete seiner reformierten Landeskirche unschätzbare Dienste. (Neue Deutsche Biographie, III, 417).
- 5 Martin Becanus (1563–1624), Jesuit, einer der erfolgreichsten katholischen Verfasser von Kontroversschriften seiner Zeit.
- 6 Kassel, Landesbibliothek, Handschriftenabteilung. 2° Ms. Hass. 60.2, fol. 304^r–309^v; Ms. Hass. 150/G, fol. 289^r–293^v; Ms. Hass. 91, fol. 1^r–13^r. Drei gleichlautende – kleine Abweichungen! – Abschriften, darunter eines Originals, das im Besitz von Crocius war. Für die Evangelischen fand die Niederschrift des Tischgesprächs nicht am 1. Oktober, sondern am 21. September 1646 statt. Bei der Transkription half mir Karel Beránek in Prag, mit dem ich seit 1978 genealogisch befreundet bin (Separatum aus Sborník historický, 25, Academia Praha 1977).